



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1725. usque ad annum 1728

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1784

VD18 13322648

§. 36. Diversæ Decisiones & decreta SS. Congregationum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67667](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67667)

que Frater Ordinis Eremitarum S. Augustini per duo triennia continua quibusdam officiis functus est, in tertio triennio ab omni ejusmodi officio solutus, soli Deo & animæ suæ vacare teneretur. Clericis vero Regularibus Congregationis Scholarum Piarum, ne tempore Adventus & quadragesimæ extra suas Ecclesias prædicarent, die tertia Octobris inhibuit, & Superioribus super hoc dispensandi facultatem ademit, ut Scholarum exercitio ferventius vacare possent.

Sæc. XVIII.
A. C. 1727.

§. XXXVI.

*Diversæ Decisiones & decreta SS.
Congregationum.*

Propositis subinde variis dubiis Sacræ Congregationes Romanæ plures quoque Cnnstitutiones ac decreta edebant; & quidem S. Rituum Congregatio die vigesima tertia Januarii ad preces P. D. Seraphini Tansii Abbatis Cassinensis decidit, ac concessit, ut quoties festum S. Benedicti in aliquam diem Majoris Hebdomadæ inciderit, illud feria tertia post Dominicam in Albis celebrandum sit, & etiam sæculares ac Regulares Sacerdotes ad Ord. Benedictini Ecclesias confluentes in ipso hoc festo Missam ipsius propriam

Sæc. XVIII. priam ex Missali Monastico celebrare
 A. C. 1727. debeant. Pariter eadem S. Congre-
 gatio annuente summo Pontifice in-
 dulgit, ut Officium & Missa B. V. de
 Mercede die 24. Septembris & Of-
 ficium ac Missa B. V. Septem Dolorum
 feria sexta post Dominicam Passionis
 sub ritu duplici majori, & Officium
 S. Rosæ Limanæ sub ritu duplici ab
 omnibus recitandum sit. Cum autem
 ad Sacram Indicis Congregationem
 delatum esset, quod variis in Oratoriis
 & Ecclesiis publice recitarentur quæ-
 dam Litanæ non approbatæ, hinc sub
 pœnis arbitrio Ordinarii & Inquisitoris
 severe infligendis die 2. Sept. prohi-
 buit, ne sine licentia & approbatione
 S. Congregationis Lytanæ non appro-
 batæ ederentur, aut publice recita-
 rentur.

Acciderat sæpe, quod nonnulli le-
 vibus conjecturis, aut intempestivo
 Zelo animati testarentur, hunc vel il-
 lum ex Hebræis serium Baptismi sus-
 cipiendi desiderium manifestasse; cum
 autem inde non raro graves oriren-
 tur motus, hinc Congregatio S. Inqui-
 sitionis Romanæ decretum die duode-
 cima Februarii edidit, vi cuius statu-
 tum, *quod testes, qui Hebræos denuntia-
 bunt, sive mares, sive fœminas de declara-
 tione animi suscipiendi Baptismum per*
 Nota-

Notarium juxta interrogatoria generalia ab R. P. D. Vices - Gerente præscribenda cum speciali monitione relevantiæ juramenti in scriptis coram eodem R. P. D. Vices - Gerente, & eo impedito, coram ejus Auditore examinentur, qui etiam examen præfatum subscribere debeant, & quatenus duo testes sint de loco, tempore, & occasione testes, tunc Denuntiati ad Domum Catechumenorum duci. & collocari in loco separato ad hunc effectum destinato, in eo per duodecim dies detineri possint, ut super veritate, & constantia declarationis eorum voluntatis suscipiendi Baptismum explorentur. Si autem testes erunt singulares, vel unus adest testis idoneus, & fide dignus, tunc denunciati non statim post denunciationem, & Testium examen educendi erunt ad Domum Catechumenorum, sed per R. P. D. Vices - Gerentem extra GHETTUM (*), vel in ejus Domo, vel in aliqua Ecclesia, vel alio loco sibi beneviso, & intra tempus necessarium, & opportunum juxta facti speciem, & circumstantias pro arbitrio, & prudentia Dicti R. P. D. Vices - Gerentis eorum voluntas exploranda erit.

Hoc

(*) Ita vocatur locus, in quo Romæ omnes Judæi conjunctim habitant.

Sæc. XVIII.
A. C. 1727.

Sæc. XVIII.
A. C. 1727.

Hoc idem S. Congregationis decretum Pontifex die decima quarta Februarii auctoritate Apostolica confirmavit.

Pariter S. Congregatio Episcoporum & Regularium Franciscanis die vigesima quarta Januarii indulgit, ut ipsi Seminarium pro Missionariis in quolibet Provincia Familiæ Ultramontanæ, & Indiarum Orientalium æque ac Occidentalium erigere valeant, quam concessionem etiam Benedictus XIII. singulari Bulla die tertia Aprilis ratam habuit: Cum autem Clerus Regularis in Mediolanensi Ducatu Sacræ Congregationi Immunitatis Ecclesiasticæ sequentia proponeret dubia. I. An distributiones quotidianæ, quæ recipiunt per Residentiales comprehendantur, & calculandæ sint sub onere contribuendi pro subsidio ex indulto S. Sedis indicto Anno 1717. *Secundo* an sit locus novæ repartitioni ex integro faciendæ ad effectum in ista calculandi omnes, & quascumque distributiones non Calculatas, & quæ usque ab initio erant calculandæ. *Tertio* an illis de utroque Clero Sæculari, & Regulari competat pro rata excessus diminutio Taxæ, & respectively reintegratio pro quantitate ultra propriam ratam perfoluta?

Ratio

Rationibus utrinque sedulo perpen-
 sis Eadem S. Congregatio in favorem
 præfati Cleri die 21. Junii respondit,
 affirmative quoad omnia; quam deci-
 sionem ipse etiam Pontifex die trigesima
 Julii confirmavit.

Sæc. XVIII.
 A. C. 1727.

§. XXXVII.

*Principes atque Illustres hoc anno
 defuncti.*

Inter Principes, qui hoc anno ad mor-
 tis imperium vitam cum sceptro po-
 suere, præcipuus erat Georgius I. An-
 glizæ Rex, qui in Germaniam Hanno-
 veranas Provincias suas lustraturus
 proficiscebatur, primo Deldenæ acerbo
 viscerum dolore, postmodum apople-
 xia obrutus est, ac demum Osnabru-
 gum delatus, in Palatio Fratris sui
 Eboracensis Ducis tum Osnabrugensis
 Episcopi noctu ante diem vigesimam
 secundam Junii decessit, annos natus
 sexaginta septem. Hujus Regis obi-
 tum præcesserat mors Ludovici Ar-
 mande de Conty Principis Regio san-
 guine orti, qui per triennium litem
 habuit cum sua conjuge, quæ Bour-
 bonii Ducis Soror sese a Marito suo
 sejunxit, & in Monasterio San-
 Cyrano commorata est. Ante biennium ta-
 men Dux eidem reconciliatus post va-
 rios